



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio secunda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](#)

Magistri Durandi de
seliniquatur: ut dicit Beda. Nec videtur cōueniens p. Paulus Gal. 2. aliquid simulāte dicere vbi dicit Petrum reprehensibilem fuisse. Ideo Aug. dicit alter & melius q. ante passionē Christi sacramenta legalia fuerunt à Iudeis ex necessitate obseruanda propter institutionē diuinam, sed post passionē Christi & ante diuulgationē euangelii obseruari poterāt à Iudeis ad fidē cōueris nō ponendo spem in ipsis quasi cōsent allicuius virtutis, aut quasi sine ei gratia Christi nō sufficeret ad salutē, sed ne omnino videatur lex vetus reprobanda tanq; per se mala, vridicolaria. Erat enim mater synagoga sic cū honore deducenda ad tumultū. Sed post diuulgationē euangelii legalia fuerunt mortificata, medio ergo tempore Petrus & Paulus & alii apostoli legalia obseruauerunt, nō simulatore, sed verē, non ponendo tamē in eis spem. Petrus tamen incaute se habuit in obseruacione legalium nimis cōfidentem Iudeis quod legalia obseruanda dicebant, ita ut aliqui eius exēplio induceret, itur ad ea obseruanda quasi necessaria. Et ideo vero reprobentibiles erat, quia aliquia culpam fecerit leuiem incurrit. Alii dicunt quod grācē, quia nō ibat ad veritatem euangelii (vbi dicitur Gal. 2.) Paulus vero ipsum verē reprehendit, & sic patet secundum.

9. A D argumenta in oppositum. Ad primum dicendum & decima & oblationes non pertinente ad sacramenta vet. le. nisi quatenus aliquid figurabant. Et secundum hoc non remanerunt in no. le. sed solum quantum ad illud quod morale est in eis, scilicet in quantum decima sunt ad fustationem ministrorum ecclesie. Oblationes vero sunt opus deuotionis fiduciae.

10 Ad secundū dicendum q̄ Christus impleuit legem quo ad precepta moralia superaddendo cōfilia, quo ad figuraria vero exhibendo pr̄esentialiter quod figurabat futurum, quo facta cessare debuerunt ut ostensum est.

etiam, quo facio cetera deinceps ut vi Genteris cit.
II Ad tertium dicendum q[uod] sententia apostolorum A&t.
12, non fuit preceptum in posteri obseruandum quantum
ad aliquam q[ue] ibi cōtinentur, sed sicut partim ad seruandā
conscientiam, partim verò ad seruandā pacē Iudæorū &
Gentilium ad fidem nouiter cōuersorum. Prohibebatur
ergo fornicio rānq[ue] per se malā propter conscientiam
q[ue] prius apud Gentiles non reputabatur peccatum, ini-
mota autē idolis prohibebantur rānq[ue] illa q[ue] pote-
rant in cordibus Iudæorum generare suspitionē idola-
triae de Genitibus ad fidem conuersi. Sanguis autē iusso
cristi prohibebatur, quia abominatione erat Iudei propter
disfuetudinē, sicut erat hodie oportet si alijs vult q[ue] alio
socialiter viuere vt abstineat ab his q[ue] alias abomina-
tur. Et institutum fuit propter pacem quosq[ue] plenē diuul-
gatum est eūangelium.

Sententia huius distinctionis. II
in generali & speciali.

Iam ad **Sacramenta noue legis.** Prius determinauit Magister de **Sacramentis in commun.** Hic descendit ad **Sacramenta no. legis,** circa quae principaliter veratur interior. Et diuiditur in duas partes. Primo primit quædam **comunia** quæ exiguntur ad **Sacramenta noue legis.** Secundo prolequitur de **ipsis Sacramentis in principio dist.**, ibi, Post hoc videndum est quid est **baptismus.** Prima est **principalis lectionis.** Et diuiditur in duas. Primo determinat de quibufdā qui **pre exiguntur ad Sacramenta no. le. ordine doctrine.** Secundo prosequitur spiritualliter de quodam scilicet de **baptismo Io. qui præ exigebatur ad ea ut dispositio, vel preparatio, & maximè ad baptismum Christi.** Secunda ibi, Nunc vero de baptismi **Sacramento.** Prima diuiditur in tres. Primo ponit **Sacramentorum no. le. distinctionē quātūm ad numerū & effectū.** Secundo ponit ipsorum **institutionem & institutionem temporis.** Tertio excipit modū quātūm ad aliquid. Secunda ibi, Si vero queritur quare. Tertia ibi, Fuit ramen coniugij. Secunda pars principalis in qua determinat de **baptismo Io.** diuiditur in tres partes. Primo ostendit differentiā ipsius ad baptismū Christi. Secundo ostendit quasdam **condiciones eius.** Tertio quomodo ipsū suscipientes se haberent. Secunda ibi, Ad quid ergo vitis erat. Tertia ibi, Hic consideretur. Et hanc **fentia lectionis in generali.**

2 IN Speciali autem sic procedit Magister & proponit primo & septem sunt Sacra menta no. le. & ea enumera

Sancto Porciano
rat, quorum quædā dicit principaliter ad remedia instituta, quædam principaliter ad gratias collationes, quædam vero ad virtutēs. Postea vero dicit q̄ ista Sacramēta, quia sunt salutis collatiua nō debetur ante tempus salutis. (l. ante aduentum Christi) instituta fuisse à ciuis passione & morte virtutē fortita sunt. Subdit autē q̄ Christus veniens distulit donec homo de insufficiētia legis naturę & legi scriptę conuinceretur q̄ eum iuuare nō posset. Postea addit p̄ cōiugij ante peccatum nō sicut instituta nisi in officiū & sacramentū, post peccatum autē cum his in remedii. Postea dicit q̄ baptiſmus Io. qui prænunciavit baptiſmū Christi, in hoc difterebat, quia baptiſmus Io. erat in aqua soli ad penitentiā preparans, non autem remissionē peccatorum dabat. Postea ponit huius baptiſmi cōditiones. Et primo quantum ad utilitatē, utilitas enim eius erat praeparatio ad baptiſmū Christi. Secundo quantum ad nominationem, quia dictus est baptiſmus Io. eo p̄ nihil fiebat in eo quod lo. nō faceret. Tertio quādum ad genus, quia potest large dici Sacramēta, eo p̄ rem sacrā, (l. baptiſmū Christi) signabat. Ultimo quecum vtrū baptizat baptiſmo Io. fuerint iterum baptizādi baptiſmū Christi. Et sub qua forma verborū baptizabat Io. Et responder ad primum quēd qui ponebant spem in baptiſmo Io. & perfectam fidem, nō erant rebaptizādi baptiſmū Christi. Ad secundum verò respondet p̄ Io. baptizabat in nomine venturi. Et in hoc &c.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum omnia Sacra menta nouæ legis fuerint immediate à Deo instituta.

Thom.3.q.64.ar.2.

Circa distinctionem istam queritur de duabus. Primum est de Sacramentis no. le in generali. Secundum est de baptismō Io. qui fuit præparatiuſ ad baptismū Christi. Circa primum queruntur duo. Primum de Sacramentis no. le infinitiōne. Secundum est de eorum sufficiētia, & ordine. Quantum ad primum queritur, virum omnia Sacra menta no. le fuerint ad imme diate infinitiōne. Et videtur quod non, quia ea que infinitiōne sunt a Christo expresse traditūr in scriptura, quia per nihil aliud scimus aliquid de factis Christi, sed de infinitiōne multorum Sacramentorum nihil legitur in scriptura Christiū dixisse, ut de confirmatione & extrema uincione, ergo videtur quod talia non fuerant a Christo in scriptura.

² Item Apostoli gesserūt vicem Christi in terris; sicut ergo Christus potuit aliqua Sacramēta instituere (vt dominus) ita Apostoli vt vicarij.

3. IN CONTRARIUM arguitur, quia digniora sunt Sacra menta nouæ legis quam veteris, sed Sacra menta ve. le. fuerunt instituta à Deo, ergo fortiori ratio ne Sacra menta nouæ legis.

4. RESPONSIUS. Scendum est si quiescere ista esset de possibili, videlicet quis potuerit Sacramenta instituere, dicendū esset si solus Deus per primārīam autoritatēm sed per autoritatēm cōmīssarīam potuisse homines quantum ad aliquid si eis commissum fuisse. Primum apparet quia sicut per primārīam autoritatēm nullus potest legē cōdere nisi qui potest tribuere legi virtutem subditos obligandi, sic illae filii potest Sacramenta instituere qui potest ipsi dare virtutem iustificandi: quia sicut lex autoritate legislatoris obligat, sic Sacramentū ex virtute instituentis nō ex se iustificat, sed solus Deus potest tribuere virtutē Sacramentis iustificandi, ergo solus Deus per primārīam autoritatēm Sacramenta instituere potest.

⁵ Secundum patet, quia nimis illud potest Deus committere hominibus cuius hoies sunt capaces, quia Deus potest facere quicquid creatura potest suscipere: sed homines sunt capaces huiusmodi autoritatis instituendi Sacra-menta per potestatem commissam vel vicarii, ergo &c. Minor declaratur, quia sicut nini repugnat natura eti quid homo sit minister dispensacionis Sacramenti, sic eti nō repugnat quod sit minister institutionis quantum ad aliquid, scilicet quantum ad determinationem rerum & verborum, in quibus Sacramēta cōsistunt (potuerit enim deus committere homini quod eligeret res & verba in quibus

sacramentum baptismi vel aliud quodcumq; confisteret) sed quantum ad virtutem sacramentorum sive eis inherentem sive per actionem Dei assidente non potuit homo esse capax institutionis sacramentorum, quia nec poterat talem virtutem sacramentis conferre, nec per actionem diuinam eis adhibere quāus posset promulgare. Et ideo quantum ad hos non potuit p̄us homo esse institutor sacramentorum etiam ut vicarius, sed solum quoad primum. Et quia vicarius vel minister non habet potestate nisi secundum formā sibi traditā, hinc est q̄ potuit cōmitti homini q̄ sacramenta institueret aſq; hoc q̄ instituta mutaret vel in eis dispenaret, sicut & nunc ministri qui sunt solum dispensatores sacramentorum medianib; sacramentis spiritualē effectūn conserunt que auferre nō posunt, posset nihilominus Deus conferre vtrāq; auctoritatem homini, & vt sacramenta institueret, & instituta mutaret, vel in institutis dif̄ensaret.

5 Si vero quæſtio sit de factō, s. an omnia sacramenta fuerint à Deo immediate instituta, quāmis aliqui censuerint q̄ non, ſed ſolum illa que ſunt maioris neceſſitatis, aut dignitatis, vt Baptismus, Peccantia, Eucharistia, & Ordo, de quorū institutione expreſſe habetur in euangelio. Conſummatio vero & extrema vñctio instituta fuerunt ab ip̄is Apostolis (vt dicunt) eo quod ſunt minoris auctoritatis & neceſſitatis.

7 Tamē probabilit̄ tenetur, q̄ omnia fuerunt à deo immediate instituta. Cuius ratio eſt, quia fundamenatum ecclesiæ ſunt Fides & Sacramenta. Vnde Aug. tractans I. Iud. lo. 19. Vnus mihi lancea latue eius aperuit & continuo exiuit ſanguis & aqua. Dicit q̄ ſicut de latere Chriſti in cruce mortuus formata eſt Ecclesiæ, quia inde fluxerunt ecclesiæ sacramenta. Cū ergo nullum sacramentum ſit quod non pertinet ad fundamenatum ecclesiæ, probabile eſt q̄ non ſolum quadam, ſed omnia fuerunt à Chriſto fundatore ecclesiæ instituta. In hoc tamē vea eſt prima opinio quod ilū institutio sacramentorum vocetur promulgatio eorum, ſic illa que ſunt maioris neceſſitatis, vel dignitatis fuerunt à Chriſto instituta & immediate promulgata. Que verò non ſunt tantę dignitatis aut neceſſitatis, fuerunt promulgata ab Apoſtolis proceſſu temporis.

8 Ex dictis ſequitur omnia quæ per ecclesiā poſt Chriſtum instituta ſunt non ſunt sacramenta, ſed sacramentalia, vt benedictiones abbatarum, abbatariarum, virgi- num, vestimentorum, & aquæ benedictio, vñctiones regum, cofecrationes a. i. eccleſiarum, valofii, & huiusmodi, in quibus ſicut ecclesiæ potuit instituere, ſic potest defi- ſere, & diſpenſare, & mutare. Vnde Papa qui p̄eaſit eis ecclie potest de plenitudine potefari ſuę cōmitem conſecrationem altaris, virginum vel abbatarum, & alia quæ predicta ſunt ſimpli facerdi, licet nō debeat, nec tor- fieri poſter fine ſcandalō, probable eſt enim q̄ ea quæ per ecclesiā maxime tempore Apoſtolorū & Discipularū or- dinata ſunt, proceſſerunt à ſpiritu ſanctō.

9 Ad rationes in oppositum. Ad primam dicendum q̄ ſicut dicitur Iо. 20. Multa signa fecit Iesu quae nō ſunt ſcripta in libro hoc, vnde eſto q̄ nihil legeretur expreſſe in ſcriptura de institutione aliquorū sacramentorum, ta- men nō lequeritur quin ea Chriſtus instituerit, & quia mul- ta fecit que nō ſcripta ſunt, ſed deriuata ſunt ad posteros ex familiari traditione Apoſtolorum, ſicut dicit Apoſt. I. Cor. II. Cetera cum venero diſponā. Posſet tamen dici q̄ Chriſtus facientiū confirmationis institutio quādo ma- nus imposuit pueris. Extremam verò vñctiōne quādo Apoſtolos misit ad p̄addicandū qui vngabant oleo inſi- mos, vt legitur Mar. 6.

10 Ad secundum dicendum q̄ Apoſtoli & eorum ſuc- ceſſores ſunt vicarii dei quantum ad regnum & regimen instituti ecclesiæ per fidem & sacramenta: vnde ſicut eis non licet conſtruere aliam ecclesiā, ita non licet eis tra- dere aliam fidē, nec instituere alia sacramēta. Sunt enim ministri & diſpenſatores Chriſti, vt dicitur I. Cor. 4. Sic nos exiſt̄met homo vt ministros Chriſti & diſpenſatores ministeriorum Dei.

QVÆSTIO SECUNDA.
Vtrum tunc plura Sacra menta quād ſep tem,
& an bene ordinentur.

Tho. 3. q. 65. ar. 1.

A D secundum ſic procedit. Et arguitur q̄ ſint plura sacramenta quād ſep tem, quia ecclie fundata eſt ſuper articulos fidei & ſuper ſacramēta, vt dictum fuī ſu- pra, ſed articuli ſunt pluris quād ſep tem, ergo & ſacra- menta.

2 Item Dion. determinans de sacramentis in ecclieſtice hierarchia non posuit penitentiā, nec matrimonio, ergo non ſunt niſi quinq;

3 Item sacramenta no. le. figurabantur in ſacramen- tis ve. le. ſed ſacramenta confirmationis & extrema vñctio- nis non paſceſit in ve. le. aliquod ſignum, ergo con- fiatio & extrema vñctio non ſunt ſacramenta, & niſi non ſunt niſi quinq; ſacramenta ut videtur.

4 IN CONTRARIUM eſt doctrina ecclieſtice & Magister in litera.

5 R E S P O N S I O. Videndū eſt primo de numero & ſufficientia ſacramentorum, & ſecondo de ordine eorum.

6 Quantum ad primum ſciendum eſt q̄ numerus & ſufficientia ſacramentorum ſunt potest haberi cuſi, licet. Vno modo ſi ſacramēta enim per ſiſtunt nos in vita ſpirituā Ii, que aliquo modo conformatam habet ad vitam cor- poralem, & ideo per comparationem ad ea quae ſunt in vi- ra corporali, ſi ſuſtenda eſt eorum ſufficientia. In vita enim corporali perficitur aliquis dupliciter. Vno modo quod ſe ve eſt perfona priuata. Alter modo per refectū ad communitatē cuius eſt pars, quia homo eſt naturaſ Ite, animal ſociale. Primo modo per hancit alquid in vi- ta corporali tripliciter. Primo acquirēdo eſt per genera- tionē. Secundo modo acquirendo perfectā quātitatem & virtutē per augmentū. Tertio modo continuando vtruncq; per nutritionē. Similiter in vita ſpirituali. Primo acquiſi- tur eſt ſpiritualē per baptiſtū qui ei ſuſtitalis regene- ratio ſecondū illud ad I. 1. 3. Per lauacrum regeneratio- nis, &c. Secundo acquiritur per eſtio virtutis cuiusdam ſpiritualis quantitatē per confirmationē que eſt quā ſp̄i- rituale quādū augmentū: quia in ea darur ſpiritus ſan- ad robur, ideo dicitur ab Apoſtoliſ, Luc. v. 1. Sedete in cū uitare donec induamini virtute ex alto. Tertio vtruncq; conſeruauerit per eucharistiā tanq; per quoddā alimentum ſpiritualē, vnde dicitur Iо. 6. Niſi in anduauerit carnem filii hominis & biberit eius ſanguinē, &c. Et haec quidē ſufficienter homini tanq; in vita ſpirituali ēt erat corpora- li ſi haberet vitā impaſſibilē, ſed quia homo incurrit quā- doq; infirmitate in corporalem & ſpiritualē. I. peccati, ideo neceſſaria eſt homini curatio ab inimicitate, que quidem curatio eſt duplex, vna quæ ſanitatem reficit, & loco huius in vita ſpirituali eſt penitentia. Alia eſt quæ pristina valerudinem reddit, & loco huius in ſpiritua- li vita eſt extrema vñctio, quia remouet peccatorum reli- quias, & hominē paratū reddit ad finalē gloriam. In or- dine autem ad totā communitatē perficitur totus homo duplīciter. Vno modo in ſtatu p̄alari accipiendo gradum regendi totā multitudinem, & ad hoc perficit ſacramen- tum ordinis. Alter modo in ſtatu ſubcūti multiplicando communitatē per actum propagationis, ad quod ordi- natur ſacramentum matrimonij. Et ita ſunt in vniuerso ſeptem ſacramenta.

7 Alter modo potest ſumī breuius eorum ſufficientia ex parte adiutorij quod confeſſat. Sacra menta enim ex- diunt nos ad actū virtutum que ſunt ſep tem, tres theo- logice, & quatuor cardinales. Ad actū ergo fidei expedit nos baptiſtū. Ad actū ſp̄et extrema vñctio. Ad actū charitatis eucharistiā. Ad actū verō fortitudinis confir- matio. Ad actū iuſitiae penitentia. Ad prudētē actū ordo. Ad actū temperantiae matrimonij.

8 Quantum ad ſecondū ſciendum eſt q̄ ordo iſtorum ſacramentorum prout de ipſis determinat Magister eſt or- do ſecondum viam generationis & quoad nos, ſecondū quē modum bonū priuatum per ſone singularis prius eſt ē bonum cōmune ecclieſe, ſicut pars eſt prior ſuo toto. Et ideo ſacramenta que pertinent ad bonum priuatum per ſone p̄ordinantur illis quæ pertinent ad bonū cōmune ecclieſe, ſ. ordini & matrimonio: inter illa verō quæ per- tinent

Magistri Durandi de

tiens ad bonū priuatiū personā primū est sacramentum intrantium, s. baptisimus. Ultimū verò est sacramentum exentiū quod est extrema vñctio, media autē sacramenta p̄gradientia inter quae primò est illud quod pertinet ad gratias collatas roborationē (s. confirmatio) deinde illud quod pertinet ad gratias confererationē (s. eucharistia). Vlti mō illud quod pertinet ad eius reparacionē si cam cōtingat anitti, & haec est penitentia. Inter verò sacramenta quæ respiciunt bonum commune ecclesie illud est prius quod ordinat & dispensat (s. ordo) quam illud quod ordinatur & dispensatur ut matrimonium.

9 A D Primum arg. dicendum q̄ articuli & sacramēta non correspondentib⁹ in iuicem, imo vñt continetur sub altero, quia fides sacramētorum pertinet ad speciale ar- ticolum, s. Sanctorum cōmunionem, remissione peccatorum. Et ideo nō oportet sacramenta multiplicari secundum multiplicationem articulorum.

10 Ad secundū dicendum q̄ Diony. non prætendit in præallegato loco determinare de Sacramentis, sed de actionibus hierarchicis quæ consūlantur in consecratione per ministros ecclesiæ facta, & quia matrimonium & penitentia possunt habere suum effectum sine tali consecratione ideo de eis non determinat.

11 Ad tertium dicendum q̄ in ver. leg. non præcessit figura extrema vñctio: quia extrema vñctio est præparatoria ad gloriam quā tunc statim post mortē consequi nō poterant sicut modo, similiter in Confirmatione datur plenitudo Spir. san. ad robur, & ideo non debuit præfigurari ante tempus plenitudinis gratiae.

Q Y E S T I O T E R T I A.

Vtrum baptismus Ioannis fuerit Sacra-
mentum à Deo institutum.

Tho. 3. q. 38. ar. 2.

D Einde queritur de baptismō Ioannis qui fuit præsus baptismō Christi: de quo queruntur duo. Primum est vñrum fuit sacramentum à Deo institutum. Secundum est de eius efficacia, videlicet vñrum baptizatus baptismō Io. indigeret baptizari baptismō Christi. Quantū ad primum arguitur q̄ baptismus Ioannis non fuit sacramentum à Deo institutum, quia oratione sacramentum institutum à Deo fuit sacramentum ve. leg. aut noua, sed baptismus Ioannis non fuit sacramentum ve. leg. quia in ve. le. nihil inuenitur de baptismō Io. nec fuit sacramentum no. le. quia omnia illa fuerunt per Christū instituta, quod non videtur de baptismō Io. Cum Io. Christum baptizaverit & non econseruo, ergo baptismus Io. nō fuit sacramentum à Deo institutum.

1 Item si baptismus Io. fuit sacramentum à Deo institutum non diceretur baptismus Io. quia denominatio debet fieri à principali institutiō & non à ministro, sed ille baptismus dicebatur baptismus Io. & non baptismus Dei vel Christi, ergo &c.

2 IN contraria arguitur, quia sacramentū est sacra rei signū, sed baptismus Io. erat signū facti rei, quia præfigurabat baptismum Christi, ergo erat sacramentum.

3 Item Io. 3. cap. dicit Io. Baptista: Qui misit me baptizare, &c. ergo Io. fuit missus à Deo ad baptizandum, & sic baptismus eius fuit à Deo institutus.

4 R E S P O N S I O. Circa questionem istam videnda sunt duo. Primum est qualis fuit ille baptismus. Secundum est à quo fuit institutus.

5 Quādum ad primum, s. qualis fuerit ille baptismus, dicendum q̄ si queratur de materia, dico q̄ fuit in aqua sicut ipse Io. dicit Mat. 3. Ego baptizo vos in aqua, si vero queratur de forma, sic communiter dicitur q̄ forma fuit hæc: Ego baptizo te in nomine venturi. Probatur etiā hoc per illud quod dicit Paulus Act. 19. ad illos qui erat baptizati baptismō Io. Ioannes baptizauit baptismō penitentia populum dicens in eum qui venturus eset post ipsum ut crederet, hoc es in Iesum. Ex hoc fuit motus B. Hier, ad idē opinādum, vnde ipse dicit super Iocel. & recitatūr in litera: qui dicit se in Christum credere & nō credit in Spi. san. nōdum haber claros oculos, vnde baptizari à Io. in nomine venturi, i. domini Iesu (quia dixerūt, sed neq̄ si spi. san. est audiuius) iterum baptizabātur. Ecce q̄ ex-

Sancto Porciano

presle dicit q̄ baptizati à Io. baptizabātur sub nomine venturi. Item Ambr. in lib. de Spir. san. dicit: Quidam negaverunt se scire spir. san. cūm baptizatos se diceret Io. baptis mo qui in aduentis Iesu, nō in suo nomine baptizauit, & sic idem quod prius.

7 Sed ex hoc nō viderur sufficiēter probari quod illa verba sint forma baptisimi Io. videtur enim intentio Pauli fuisse q̄ illa essent verba Io. docentis, non forma baptizantis, quod patet ex ipso contextu verborum, dicit enim primo q̄ baptizabat baptismō penitentia, deinde q̄ dicebat ut crederent in Christum venturum. Constat autem quod de forma baptisimi non erat penitentia, sed formam de doctrina, ergo eodem modo de forma baptisimi non erat quod crederent, sed solum de doctrina. Item Ioannes baptizauit Christum, & conit quod non in nomine venturi. Cum ergo ad veritatem & integratatem sacramenti habentis formam & materiam requiratur vñitas formæ & materię, sequitur q̄ baptisimus Io. nō fuit vnicus, sed duplex. Si in alia forma fuit Christus baptizatus à Io. & in alia forma reliqui homines, quod nullus dicit, aut Christus non fuit baptizatus baptismō Io. quod est erroneum & contra textum euangelii.

8 Posset igitur probabiliter dici q̄ Io. nō baptizabat sub aliqua determinata forma verborum, quia baptismus Io. fuit medius inter sacramenta ver. le. & noua. Conueriebat enim cum sacramentis nouis legis, & maxime cum baptismō Christi in materia vel in expresa significatiā. Cum sacramentis verò ver. le. in insufficiencia, quia non conferebat gratia, ut diceret: cum ergo efficacia sacramenti attribuitur, sicut in rebus naturalibus tota virtus & actio est à formā, potest probabilitate teneri q̄ Io. in baptismō suo nō vrebatur aliqua forma verborum. Imo sicut oblatio Melchisēdech præfigurabat sacramentum eu charitatis quācum ad materiam & non quācum ad aliquā formā verborum, sic baptismus Io. præfigurauit baptismum Christi quantum ad solam materiam & non quācum ad aliquā formā verborum, nec habebat aliquā formā. Tamen quādum ista est de facto de quo sacra scriptura nihil expresse determinat. Ideo virasq; opinio potest probabilitate teneri sine aliquo præiudicio fidei, & sic patet primum.

9 Quantum ad secundum sciendum est q̄ causa pri maria initiationis talis baptisimi fuit Deus inspirans Io. institutionem baptismi. Ministerialis verò & secundaria fuit ipse Ioānes, vt tangatur Io. 1. vbi dicitur q̄ ex persona Io. Qui misit me baptizare in aqua ille mihi dixit &c. Quia unus autem principialis institutor fuit Deus, Io. verò iōlūm minister, tamen baptismus denominatur à Io. Et dicitur baptismus Io. propter tria. Primo quia fuit minister primaris institutionis quod nō fuit Petrus vel Paulus, nec aliquis Apolosulus respectu baptisimi Christi quo baptizabat. Et ideo non dicitur baptismus Petri vel Pauli, imo reprehenditur iste modus loquendia. Cor. 1. Ego quidem sum Pauli &c. Secundo, quia fuit minister singularis executionis, nullus enim baptizauit baptismō suo, nisi ipse simpliciter, non sic autem de baptismō Christi. Tertio, quia fuit author totius quod fiebat in illo baptis mo, quia nihil fiebat interius, sed totum exterius. Nō sic autem est de ministris sacramentorum noui legis.

10 Fuit autem baptismus Io. institutus triplici de causa. Primo ad præfigurādum baptismū Christi, & sic fuit sacramentum eo modo quo sacramenta veteris legis, scilicet per modum signi. Secundū ad præparādum & affue faciendum homines ad baptismū Christi, & sic fuit quasi quoddam sacramentale baptismi Christi, maximē quantum ad doctrinam baptismi Ioannis annexam. Et sic loquitur glossa super illud Ioannis primo. Erat Ioannes baptizans, sic dicens: quantum prodest cathecumenis ante baptismum doctrina fidei, tantum profuit baptismus Io. ante baptismum Christi. Tertio fuit institutus ad præparandum materiam baptismi Christi per sanctificationem aquarum ex contractu carnis Christi quæ baptizauit, sicut Beda dicit in homi. super illud Mat. 3. Venit Iesus a Galilaea ad Io. in Iordanem, &c. Christus tactu mundissime carnis, scilicet &c. Ita ergo sunt cause institutionis baptisimi Ioannis.

u Ad

Lib. IIII. Distinctio. III.

1. Ad Primum argumentum dicendum quod baptismus Iohannes fuit sacramentum veri legi, nec obstat quod de eo non fit mentio in vet. leg. quia in novo testamento quod eodem spiritu conscriptum est, si mentio de ipso pro tempore quod praecedit predicationem Christi, quo tempore nova lex primaria incipit.

2. Ad secundum patet solutio ex predictis, quia quae dicuntur baptismus Iohannes ex causis prius assignatis, Deinde tamen fuit causa principalis & primaria institutionis illius baptismi.

QVÆSTIO QVARTA.

Vtrum baptizari baptismino Iohannes debuerint rebaptizari baptismino Christi.

Tho.3. q.38. art. 6.

Secundum quæritur vtrum baptizati baptismino Iohannis debuerint baptizari postea baptismino Christi. Et videtur quod non, quia non plus valet baptismus Christi sicut accedenti, quam baptismus Iohannis deuote accedenti: sed baptismus Christi sufficit ad salutem sicut accedenti cum datione spiritus sancti recedente fictione, ergo & baptismus Iohannis sufficiebat deuote accedenti cum impositione manus apostolorum in qua dabatur spiritus sanctus.

a. Id omnis Christi actio nostra est instructio, sed Christus baptizatus baptismino Iohannis non fuit postea baptizatus alio baptismino, ergo similiter ceteri baptizati Iohannis baptizati non debuerunt alio baptismino baptizari.

b. IN Contrarium est quod dicit ipse Iohannes Baptista: Ego baptizo vos in aqua in penitentiam, ipse baptizabit vos in spiritu sancto, ut habetur Mat. 3, in quo innuit ipse Iohannes quod baptizati ab ipso erant baptizandi a Christo.

c. R E S P O N S I O. Circa questionem istam sunt duo videnda. Primum est vtrum baptismus Iohannes conferret gratiam. Secundum est suppositio quod non, an baptizari baptismino Iohannes debent postea baptizari baptismino Christi.

Thomas, 5. Quantum ad primum tenetur communiter quod baptismus Iohannes non conferret gratiam. Quod probatur auctoritate facie scripturae, & ex determinatione ecclesie & probabili ratione. Auctoritas sacrae scripturae habetur Mat. 3 vbi dicit Iohannes sicut iam allegans est: Ego baptizo vos in aqua, ipse baptizabit vos in spiritu sancto, & Act. 1. dicit Christus Iohannes, quidam baptizauit aqua, vos autem baptizauimini spiritu sancto multos hos dies. Ex quo arguitur quod gratia per quam est remissio peccatorum non datur nisi per spiritum sanctum, sed baptismus Iohannes erat in aqua & non in spiritu sancto, ut patet ex differentia que ponitur inter ipsum & baptismum Christi, ergo baptismus Iohannes non conferret gratiam. Sed si quis diligenter aduerserit sensum scripturæ, predictæ auctoritates non loquuntur de baptismate Christi qui erat in aqua cum determinata forma verborum, sed loquuntur de misericordia spiritus sancti in specie ignis in die Pentecostes, quæ dicitur baptismus, quia per spiritum sanctum, abluit immunditiam quacunq[ue] sordium spiritualium. Et hoc idem patet auctoritate Act. Apost. quæ de hoc specialiter loquitur, dictum est Iohannes 3, ad idem referunt, quod patet, quia si dixisset, baptizabit vos spiritu sancto addidit & igni. Ex quo patet quod auctoritates ille sunt extra sensum suum adductæ: nihilominus quædam pertinent ad propositum fatis concluditur ex parte auctoritatis, quia utramque tantummodo dicit quod Iohannes baptizabat aqua, per solam autem aquam non confert gratia, nec sit remissio peccatorum. Idem patet ex determinatione ecclesie, quæ habetur de conf. di. 4. Non regenerantur. Et est Aug. & sumitur de Enchiridio vbi expresse dicitur, quod non regenerabatur vel renascebatur qui baptizabatur baptismino Iohannes, per gratiam autem renascitur spirituali vita, quare &c. Est etiam ad hoc probabilis ratio, quod sacramenta non efficiunt nisi id ad quod insituta sunt, sed baptismus Iohannes non fuit institutus nisi ad prefigurandum baptismum Christi, & preparandum homines ad ipsum, & ad disponendam materiam pro baptismino Christi, ut fuit dictum prius, & ipse Iohannes testatur Iohannes 1. dicens: Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam Domini, sicut dicit Esa. proph. & Mar. 1. Vox clamantis in deserto parate viam domini, ergo baptismus eius non conferebat gratiam, sed folum ad baptismum Christi disponebat.

Quæstio IIII.

6. Quantum ad secundum dicendum est, quod opinio Magistri fuit, ut patet in litera, quod recipiens baptismum Iohannes in eo spem poseret non referens ipsum ad baptismum Christi, aut non habens perfectam fidem trinitatis, ut illi qui dixerunt Act. 19. negant, si spiritus sanctus est audiuius, tales erant baptizati. Illi vero qui non habebant in baptismone Iohannes sed referebant ipsum ad Christum, & habebant perfectam fidem trinitatis, non erant rebaptizati, sed sufficiebant inpositio manuum apostolorum per quam recipiebant spiritum sanctum, ita quod ex baptismino Iohannes præcepto & gratia Christi per manum inpositiōem subiecerunt fieri unum perfectum sacramentum, quod non erat iterandum.

7. Sed istud non videtur verum quantum ad secundam partem: quia sacramenta nouæ legis habent efficaciam ex opere operato. Et ideo spes & deuotio sufficiens non facit sacramentum, nisi concurrat illa que sunt de necessitate sacramenti, & econtra ab alijs deuotione personæ recipientis recipitur verum sacramentum si concurrat illa que sunt de necessitate sacramenti. Vnde inde uorus recipit baptismum, licet nihil speret veritatem de baptismate, si tamē intendat recipere quod ecclesia intendit conferre, & quantumcum aliquis sit deuotus ad baptismum, tamē non recipit sacramentum baptismi, nisi hanc circa eum que sunt de necessitate sacramenti, propter quod cum baptismate Iohannes ex se non esset sacramentum nouæ legis, fides, spes & deuotio sufficiens, non potest facere quod recipere verum sacramentum baptismi. Erant ergo oīs tales baptizandi a baptismino Christi. Cum baptismus sit sacramentum necessitatis, sicut patet Iohannes 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto. Ad idem est auctoritas beati Augustini, super Iohannem vbi dicit sic (& habet de conf. distin. 4. Aliud est) per verba quæ sum magis ad propositum, baptizat Iudas, & est baptizatus: baptizat Iohannes, & non est baptizatus, quia baptismus Christi quo baptizauit Iudas (licet malus) fuit sacramentum nouæ legis: baptismus vero quo baptizauit Iohannes (licet bonus) fuit solus preparatorius ad baptismum Christi.

8. Ad Primum arg. dicendum, quod baptismus Iohannes plus valuit deuotè sufficiens per modum meriti. Sed baptismus Christi plus valuit hanc sufficiens per modum sacramenti.

9. Ad secundum dicendum quod actio Christi non est semper nostra instrucción ut similiter faciamus: nequem enim ex miraculo eius intruimus ad miracula facienda. Est tamē instrucción nostra quædam aliqua, & sic intruimus de baptismate Christi quo baptizatus est a Iohannes de humilitate Christi, qui voluit a minori baptizari, & de virtute quæ tunc conculcit aquis, & autem non fuit baptizatus baptismate alio cauila est, quia sic nullus generatur a seipso in esse natura, sic nullus regeneratur a seipso in esse gratia. Cum ergo baptismus sit spiritualis regeneratio, Christus non debuit baptizari suo proprio baptismate, quod non habet locum in nobis, sed potius oppositum.

Sententia huius distinctionis. III.
in generali & speciali.

Post hoc videndum est. Superiorus determinauit Magister de quibusdam præambulis ad sacramenta nouæ legis. Hic prosequitur de eis. Et quia numerus & ordo sacramentorum prius exppositus est. Ideo ista pars diuiditur ab alijs articulo in septem partes secundum numerum septem sacramentorum. In prima determinatur de baptismate. In secunda de confirmatione dist. 7. ibi, nunc de sacramento confirmationis. In tercia de sacramento eucaristiae dist. 8. ibi, nunc post sacramentum baptismi. In quarta de sacramento penitentiae dist. 4. ibi, post hoc de penitentia agendum est. In quinta de sacramento extremæunctionis dist. 23. ibi, præter præmissa est aliud sacramentum. In sexta de sacramento ordinis dist. 24. ibi, nunc ad considerationem sacrae ordinationis. In septima agitur de matrimonio dist. 26. cum alia sacramenta. Prima diuiditur in tres. Primo determinatur de baptismate secundum